UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63213

Visual Library

# REGVLARVM VTRIVSQVE IVRIS SELECTARVM LIBER,

Cum ſuis Ampliationibus & Limitationibus vltra Bartholomæum Socinum, & Clariſsimum atq; Reuerendiſsi. Præſulem, Dominum D. Ioan. Bern. Diaz de Luco, Epiſcopum Calaguri. nunc primùm æditus.

AVTORE

*PETRO ADVENAS IVRIS PONTIficij Doctore, ac Iuris ciuilis Baccalaureo, in Gymnaſio Salmãtino publicè Iura Canonica interpretante.*

## REGVLA PRIMA.

ABSENTES in actibus Collegij, vel vniuerſitatis, regulariter non ſunt vocandi. Hanc Regulam ponit glo. in c. ij. in verb. ipſorum, de teſt. libro vj. niſi in tribus caſibus ibi poſitis: quam gl. dicit communem Franciſ. de Ripa, in libro ij. Reſpon. cap. xxj. Catel. Cotta in Memoralibus iuris: in verbo, abientes. Hanc regulam ponit D. Ber. de Luco, in regula iij. vbi eam dupliciter limitat.

Limita tamen nouem modis, vt per Andręam ab Exea in c. cum omnes. nu. 206. vſque ad nu. 218. de conſtit.

## REGVLA II.

ACQVISITA, ſeu empta conſtante matrimonio inter virũ et vxorem, ſunt communia: vt in l. j. tit. iij. lib iij. fori. & in l. j. tit. iiij.

libro. v. ordinamenti, quę leges declarantur & intelliguntur per l. ccxvij. ſtili: & vltra Montaluum in d. l. j. fori. ita tenet Palat. Ruui. in repet. rubr. de donatio. inter virum & vxo. §. lxij. per totum Bartho. de Chaſſa. in conſuetu. Burgun. in tit. {des droiz}. §. xiiij. in fine fol. 136. col. ij. nu. 1.

Limita hanc Regulam octo modis, vt per Rodericum Xuarez in d. l. j. titu. {de las ganancias.} lib. iij. fori, fo. 11. vſque ad fol. 21.

## REGVLA III.

Acqvisita per vnũ ex fratribus, ſimul poſt mortem patris habitantibus, præſumuntur acquiſita de communi, argum. text. in l. ſi fratres. ff. pro ſocio. Ita tenet Specul. in titu. de iudi. §. ſequitur videre de communibus iudicis. Hanc regulam ponit Barto. in l. Titium. §. altero. ff. de adminiſt. tut. nu. 5. Bal. in l. ſi patruus. C. commu. vtriu. iudi. Iaſ. in l. j. C. qui teſta. facere poſſ. vbi communiter concludunt. Quod ſi ſimul cum hęreditate indiuiſa poſt mortem patris vixerint, lucra communicauerint, de ſuperlucratis inuicem alter alteri rationem non reddiderint, præſumi ſocietatem.

Quam regulam & opinionem limita quatuor modis, vt per Andrę. Alcia. in tractat. pręſump. in prima regula, præſump. xxv.

Limitatur quinto vltra Alciatum, quandocunque vnus ex fratribus emerit aliquem fundum palam & ſcientibus alijs fratribus, & receperit chartam pro ſe tantum, vt in l. itaque. ff. pro ſocio. & in l. j. in. §. magiſtratu. ff. de exerci. Ita determinat Bald. in l. ſi ſocius. ff. ſi cert. petat. & in l. j. C. ſi quis alte. vel ſibi. & in l. ſi vt proponis, ad fin. C. de rei vendi. Iaſ. in d. l. ſi ſocius. nume. 2. vbi dicit ꝙ ſecundum prædicta debet intelligi & limitari illum dictum Bartol. in d §. altero. ſecus tamen eſt quando vnus ex fratribus emerit fundum alijs ignorantibus, quia tunc iure ſocietatis communicare tenetur, ſecundum Iaſ. ibi.

Alias limitationes ad hanc Regulam ponit Barth. de Chaſſa. vbi notabiliter tractat materiam, in rubrica 7. titulo. {des ſucceſsions}. §. v. nu. 17. cum ſeq. fol. 143. col. iiij. Et notabiliter, vbi per quatuor regulas declarat ſupradictam regulam cum aliquibus limitationibus & ampliationibus, Aymon Publicius, in gloſ. ad conſuetudines Aluernię, in tit. xv. artic. j. per totum.

## REGVLA IIII.

Acta criminalia, vel inſtrumenta in cauſa criminali non debent produci fiſco ab eo, de cuius crimine agitur. Hanc Regulam ponit Bar. per illum tex. in l. is apud quem. nu. 8. C. de æden. intelligendo glo. ibi, in verbo, exhibere. quem ſequitur ibi Iaſ. & alij Doctores, probatur etiam per tex. in l. nimis graue, C. de teſtib.

Limita